

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9821

Auteur(s) : Gilon de Bailleul [particulier]

Bénéficiaire(s) : La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1170-1220]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Gilon de Bailleul notifie la donation faite par Jean de Fresné et ses fils aux moines de Saint-André-en-Gouffern d'un quart de deux tiers de la dîme de Fresné-la-Mère, 5 acres de terre, un pré et un demi pré. Il notifie également la donation faite par Guillaume du Gué auxdits moines. Henri, prêtre de Fresné[-la-Mère], leur concède tout ce qui lui appartient de la partie de la dîme qui leur est donnée par Jean de Fresné et ses fils.

Tableau de la tradition

Original

A. Caen, Arch. dép. Calvados, H6607.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 1, « Abbaye Saint-André-en-Gouffern », n° 67-72, p. 417.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Fin du XIIe- début du XIIIe siècle.

Texte d'après A

Gilo de Bailol omnibus fidelibus sancte Ecclesie ad quos presens scriptum pervenerit salutem. Universitati vestre notum fieri volumus quod Johannes de Fresneio et filli ejus, Herveius, Johannes, Rogerius, Willelmus, Galterius et Ricardus, dederunt et concesserunt coram me monachis Sancti Andree in permetuam elemosinam, quartam partem duarum garbarum de decima de Fresneio Lamere que eis competebant, et quinque acras terre que pertinebant ad tenementum ejusdem decime, de qua terra duo frusta sunt juxta Lesguerons Huismeline et tercius campus et ad fossam de Blanchart, quartus est in valle de Veilleio, quintus est Alafosete, sextus juxta cimiterium ecclesie de Fresneio, septimus in valle de Maisnil, octavus in campis Moonos, nonus ad fossam de Fresneio, decimus est masura que est ante ortum domus Willelmi de Vado, et pratum de subtus virgultum supraticti Willelmi de Vado, et dimidium pratum pretoris. Hec omnia supradicta libera et quieta ab omnibus secularibus actionibus Johannes et filii ejus dederunt monachis et concesserunt in capitulo et super altare posuerunt, et hoc tenendum et contra omnes homines garantizandum super .IIIIor. Evangelia juraverunt, salvo meo servitio quod mihi et heredibus meis monachi persolvent. Pro his donationibus prefatus Johannes et filii ejus habuerunt de substantia domus Sancti Andree .XL. libras Andegavensium. Item sciendum est quod Johannes filius Willelmi de Vado

dedit prefatis monachis et concessit et super altare posuit in perpetuam elemosinam quicquid ad eum pertinebat de decimis terrarum quas ipsi excolebant propriis manibus aut expensis in omni territorio de Fresneio. Preterea dedit eis tres campos terre cum decima ipsorum ad ipsum pertinente quorum primus est juxta terras de Corcellis, secundus in fossa Roscelini, tercius est super haim de Boloceriis, et etiam concessit eis omnia dona terrarum que Willelmus de Vado pater suus eis antea dederat, hoc idem concessit et dedit Adam frater suus. Hanc donationem supradictam prefatus Johannes de proprio tenendum et custodiendum ad opus monachorum fide pactionavit. Hoc idem affidaverunt et plegios cum omnibus feodis suis et tenementis se constituerunt, Paganus de Fresneio, Johannes filius Rogerii, Ricardus de Bosco, Hamon de Maisnil, Nicholaus faber, Ernaudus Burelon, Gislebertus de Bosco, quod si predictus Johannes aut heredes ejus istam elemosinam tenere noluerint, homines prefati de tenementis suis aut substantiis tenere compellantur. Et sciendum quod prefatus Johannes de Vado dedit et concessit sepeditis monachis in perpetuam elemosinam decimam que ad eum pertinebat de escangiis de terris quas habent de Ricardo de Bosco et super altare posuit. Notandum preterea est quod Henricus sacerdos concessit monachis in perpetuam elemosinam et super altare posuit quicquid ad eum pertinebat de decima de Fresneio quam Johannes de Fresneio et filii ejus dederunt monachis, et hoc tenendum super .IIIor. Evangelia juravit. Et ut monachi hec omnia supradicta libere et quiete in perpetuam elemosinam possiderent, presentis scripti testimonio et presentis sigilli mei attestacione feci sigillari et confirmari. Hujus rei testes sunt, Hugo de Gargasala, Hugo de Liveit, Robertus de Erablis, Hugo Renart, Paganus de Fresneio, et Johannes filius ejus, Radulfus Rosel, Aalermus Tochefoi, Rogerius filius Auberti, Garinus de Bailol, Hamon de Vinaz, Dionisius sutor, Radulfus Lebufon, Engebaut, W. filius Rogeri de Englescheville et alii.